HOMILIARIUM, U.A. GREGORIUS MAGNUS

Entstehungsort unbestimmt, 1424 Seite 31r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35053
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

si lumen veritatis sitis. Scitis
aut dico non per fidem sed per amorem
Scitis dico non ex credulitate sed
ex operatione. Nam idem ipse qui
hoc loquitur Johannes ewangelista
testatur dicens Qui dicit se
deum nosse et mandata eius non
custodit mendax est. Unde et
in hoc loco dominus protinus subdit
Sicut novit me pater et ego
agnosco patrem et animam meam
pono pro ovibus meis. Ac si aper
te dicat In hoc constat quia
et ego cognosco patrem et cog
noscor a patre quia animam meam
pono pro ovibus meis id est ea
caritate qua pro ovibus mo
rior quantum patrem diligam
ostendam. Quia vero non solum
iudeam sed etiam gentilitatem
redimere venerat adiungit di
cens Et alias oves habeo que
non sunt ex hoc ovili et illas
oportet me adducere et vocem
meam audient et fiet unum o
vile et unus pastor. Redemptionem
nostram qui ex gentili populo veni
mus dominus aspexerat cum se ad
ducere et alias oves dicebat.
Hoc cottidie fieri aspicitis. Hoc
reconciliatis gentibus factum ho
die videtis. Quasi ex duobus gre
gibus unum ovile efficit quia
iudaicum et gentilem populum in
sua fide coniungit. Paulo attes
tante qui ait Ipse est pax
nostra qui fecit utraque unum. Dum

enim ad eternam vitam ex utraque na
cione simplices elegit ad ovile
proprium oves perducit. De quibus profecto
ovibus rursum dicit
Oves mee vocem meam audiunt
et ego cognosco eas et sequuntur
me et ego vitam eternam do
eis. De quibus et paulo superius di
cit Per me si quis introierit sal
vabitur et ingredietur et egre
dietur et pascua inveniet. In
gredietur quippe ad fidem. Egre
dietur vero a fide ad speciem. a cre
dulitate ad contemplacionem. Pas
cua autem inveniet in eterna refec
tione. Oves ergo eius pascua
inveniunt quia quisquis illum
corde simplici sequitur eterne vi
riditatis pabulo nutritur. Que
autem sunt istarum ovium pascua nisi
eterna gaudia sempiternaliter
virentis paradisi. Pascua namque
electorum sunt vultus presens dei. Qui
dum sine defectu conspicitur sine
fine mens vite cibo saciatur.
In istis pascuis de eternitatis sa
cietate leti sunt qui iam la
queos voluptuose temporalitatis eva
serunt. Ibi ympnidici angelorum
chori. ibi societas supernorum civium.
ibi dulcis solempnitas a peregri
nacionis huius tristi labore redeuntium.
Ibi prophetarum chori. ibi iudex apostolorum
numerus. Ibi innumerabilium martirum
victor exercitus tanto illic lecior
quanto hic durius afflictus. ibi con
fessorum constancia premium sui per
ceptione consolata. Ibi fideles
viri quos a voluptate seculi robore